



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...

Libris Quatuor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conversione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1670

23. Baptismus puellae dum effertur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10757

filium possidere. Tantæ huius in morte fiduciæ dum causas inquirunt
 Ethnici, sola eius nominatione velut ictu infauti syderis pauere soliti,
 precepta illarum firmitate, iis se adiunxerunt cum quibus mortem
 non timerent. Magno providentia diuina, bonitatis suæ sensu Patres re-
 creabat, dum iis non infantes modo, verum & adultos, & natu gran-
 des, morti temporariæ proximos oblictebat subducendos morti lem-
 piternæ in beatam vitam, dolentes maximè quod hanc seriùs cogno-
 uissent, nec possent tunc aliud præter mortem ei impendere. Ad hoc
 Patres feruida quorundam in alienam salutem sollicitudine vtentur,
 & inuestigabant moribundos in quibus eorum quæ sani audissent, re-
 uulseret aliquid sanæ mentis. Ex iis suo è pago Marcus, Christiani-
 nus egregius, reuertebatur Nancianum, cum muris propior videt
 mortuum efferti, extra urbem de more humandum, & ex prætereun-
 te sandapila vocem audit prodire quâ exterriti vespillones onere pro-
 iecto diffugiunt. Accedens Marcus recludit Sarcophagum, puellam in-
 uenit annorum septemdecim enixè obsecrantem, ne sepeliri se viuam
 pateretur, seruam se esse hominis Ethnici, quem ipsa nominabat,
 (eratque pridem Marco notissimus, vt qui Christiana institutione
 frustra illam baptismo parare laborasset; quòd nollet cum Christo mo-
 res induere Christianos. Cauentem herum ne ad mortem ægrotans do-
 mi moretur, quod Sinæ putant ominosissimam, defectiue sensuum
 repentina captam, iussisse illicè sarcophago claudi, & pro mortua ef-
 ferri. Cui Marcus non poterat filia in manus incidere huic tuo articu-
 lo magis propitias, faxo, nisi tu non vis, vt hac è misera quam per-
 dis vita, in beatam transeas, eamque immortalẽ. Arridens illa tam
 optato bono, volo, inquit, omninò, nec viam ignoro; noui enim te
 probè nec alia egeo catechesi, ab ea quàm ex te didici, audiebam quæ-
 cumque meo hero tradebas, & verã indicabam, ardebamque deside-
 rio baptismi, sed conditione seruitutis, vetabar de me statuere: inter-
 rogatam paucis Marcus vt sensit abundè scitu necessaria percepisse,
 sacro fonte lustrauit; nec vllò circumquaque inuento qui sustineret il-
 lam domi suæ mori; coactus est noctem aduigilare ibidem morienti,
 vbi cælo albente placidè obiit. Istiusmodi euenta diuinæ gratiæ quos-
 dam procul vocantis in Christo victuros, alios in Christo morituros,
 illustra fuere & multa Nanciani, in quibus nonnulli post triginta Ma-
 gistros variorum errorum mutatos ad indagandam veritatem, ad Chri-
 stum denique appellabant tam euidenti sapiùs, & inusitato præroga-
 tivo diuinæ operæ, vt recogitato eo Christiani stabilirentur solidiùs in
 suscepra fide, & æmularentur Patrum perpetua studia in conuersione
 animarum. Hoc igne instinctus Literatus, nomine Stephanus vir san-
 ctus, Nanciano in patriam sex dierum itinere reuersus, sodalium
 cœgit Catechumenorum, quos rudi intereà Magisterio informatos
 Patrum cuiuspiam perficiendos daret in absolutam Christianismi for-
 mam, Christianam doctrinam, Catechismi partem, & augustissimum

23.
 Baptismus
 puellæ dum
 effertur.

24.
 Conuersi in
 conuertenti-
 bus aliis ar-
 dentes.

